



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectvra Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1653**

2. Justi Animus seu Anima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](#)

in Moralibus. *Aquas appendere in mensura*, est inter prospera & adversa, inter summa & infima, inter tentationes & dona animarum, sensum in humilitate custodire. Ut enim est Job. xxviii. 25. Deus fecit ventis pondus & aquas appendit in mensura: ejusdem beneficio, ut inter prospera & adversa Humilitate sit firmus Justus consequitur. QUINTUM, Tristitia, de dilatione præmii cœlestis. Psalmo LXVIII. 4. Defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum. Hoc onus portat Longanimitas. SEXTUM, Debitorum officiorum, Hoc onus sustinet Discretio.. Unde Jetro suadens discretionem Mosi dicebat Exodi xviii. 18. *Stulto labore consumeris tu & populus iste, qui tecum est. Ultra vires tuas est negotium: solus illud non poteris sustinere.* SEPTIMUM Pondus propriorum laborum, sive studiorum. Hoc onus portus Hilaritas conscientiæ. Sine qua cito corruit homo in laqueum acediæ.

---

## ARTICULUS II. DOMUS SAPIENTIÆ.

### Moraliter.

#### JUSTI ANIMUS, vel ANIMA,

**C**ONVENIT cum superiori emblemate, sive enim Domus Sapientiæ dicatur esse Cor justi hominis, sive ejus Animus, vel Anima, idem significatur: nempe, vel pars ipsius rationalis, in quâ proxime sunt virtutes, vel homo ipse totus justitiae ac sanctitatis amans & sectator. Atque ita Domum Sapientiæ interpretantur multi ex Sanctis Patribus. Nam Sapientia ædificat, appetat, præparat Animam, ipsumque Justum, ut in eo tanquam Domo, habitet Pater Filius & Spiritus sanctus, juxta Sapientiæ Incarnationem promissum, Ioannis xiv. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligenter diligit eum.*

diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum facimus. An non etiam mensæ accumbent, & cœnabunt in eadem Domo? Audi pollicitationem ejusdem: Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & canabo cum illo, & ipse tecum. Apocalypsi. 111. 20. Itaque Justus, vel ejus Anima, est Domus, in qua SS. Trinitas inhabitat, & convivatur. Ita tere S. Athanasius Oratione V. contra Arianos, explicans illud, Ex Deo Deus, & in disputatione contra Arium in Concilio Niceno, Actor operis imperfecti homilia xx. in Matthæum. S. Bernardus sermone IIII. De adventu Domini, S. Bonaventura Sermone de ingressu ad Sapientiam, & septem Donis Spiritus-sancti.

## ARTICVLVS III.

*Qna, Qualisq[ue] Iustitia constituat Iustum: & in eo Animam p[ro]tissimum Domum Sapientie.*

S. BERNARDUS sermone ix. ex parvis postquam efformasset pulcherrimè DEIPARAM, ut Domus Sapientie, quam imaginem in Symbolicis Marianis exposuimus, monet Nos, ut si ejusdem Sapientie Domus fieri volamus, iisdem quibus Domus Mariana, septem Columnis extruamur, id est, ut fide & moribus ei preparemur. Adjungit autem: In moribus quidem solam sufficere JUSTITIAM, ceteris tamen virtutibus circumfultam. Itaq[ue], ne errore fallatur ignorantia, sit ei prævia Prudentia. Sibininde Temperantia atque Fortitudo: ne forte labatur in dexteram, vel in sinistram partem declinando. Quod Sapienter dictum reor à Doctore Clarevallensi. & Justitiam Antistitibus maxime advertendum: Solam Justitiam a ipsis officium sufficere, si aliarum virtutem choncingatur: nam si solitaria sit 'absque illarum consortio contingit frequenter, vel errore, vel declinatione ad ini-